



Moralia, naslovna stran izvirne izdaje iz leta 1596 / Title-page of the original edition from 1596

AD CANTOREM MODVLO-
RVM HANDELII.

Rumor HANDELIVM perisse dixit
Quum putre acciperet cadaver urna:
Sed falso HANDELIVM perisse dixit
Rumor, funera nulla sentientem.
Quod mortale fuit satumq; terra,
Mors terræ, invida, reddidit parenti.
Vivit HANDELIVS superstes astris,
Vivit HANDELIVS superstes orbi,
Illic mente piâ, sed hîc perenni
Laborum genio integer suorum.
Viventem adspice, quisquis occinndo
Vel mores sapiens honestiores,
Vel Musas facies politiones,
Vel motûs animi quietiores.
Hic iunctim omnia præstat (hunc prehende
Qui Musas colis elegantiores)
Victurus genio LIBER perenni.

M. Georgius Carolides a Karls-
perga, Civis nova Praga.

*Pesnitev češkega humanista Jurija Karolidesa v čast Jakoba Handla Gallusa /
Poem of the Czech humanist Georgius Carolides in honour of Jacob Handl Gallus*

AMPLISSIMO CELEBER-
RIMOQVE VETERIS PRAGÆ SENA-
TVI, VIRIS NOBILISSIMIS ET CLARISSI-
MIS, DOMINIS ET PATRONIS MEIS, HONORE
ac observantia dignissimis, S. D.



*O*mnēs, qui aliquod opus in lucem edere, usuiq; hominum adcom-
modare volunt, Ampliss. celeberrimeq; veteris Pragæ Senatus, Viri Nobilissimi, principio
consueverunt de præstantia, antiquitate & usu operis præfari, quò lectorem alliciant, ma-
jorq; legendi desiderio accendant. Ego verò ut Musica per se & ab artificibus satis com-
mendata, (cuius non minima in hoc libro comprehenditur portio) laudes, tanquam vino
vendibili hederam, præfigerem, induci nulla ratione potui. Quis enim est mortalium, qui
vel illius in universum præstantiam ignoret: vel speciatim, quid IACOBS HAN-
DELIVS, pie memorie, in capotuerit, quæve sint exempla ab ipso composita gratia, usu non animadvertitis?
Tertis erit locupletissimus præfatus liber MORALIVM, excellentis in Musica ingenii HANDELIANI:
Et si autem possit vocari in dubium, an is, Autore vitâ functo, in publicum debeat emitti. Sed rem paucis expe-
diam. IACOBS HANDEL, germanus meus, qui anno ab hinc quarto ex hac in beatam (ut pie creditur)
vitam migravit, post editionem Harmoniarum suarum laudes divinas continentium, quotidie & magno conatu
ab amicis sollicitabatur, ut à choro ad forum condescenderet, harmoniisq; Ecclesiasticis, Morales ad oblectandum
merentes hominum animos, interponeret: quorum nolens repugnare voluntati, ut quibus multis beneficiis de-
vinctus erat, manum operi adhibuit, & vix aliquot ex moralibus (quemadmodum eas ipse adpellari voluit) in
lucem emisit, cum ecce ex diversis provinciis à familiaribus, viris eruditis, compluria ingeniosè & facete dicta,
gravesq; ac jucunde sententiæ transmittuntur, ut per ipsum numeris Musicis ad exemplum præmissarum applica-
rentur. Et illis itaq; sitis facere exoptans, xcm promptè adgressus, multas iam Musicis coloribus exornavit, ab-
solvisetq; omnes, nisi Mors immanis homini vitale spiritum præcidisset. Quæ quidem cum hæcenus à nullis,
A a auh

aut fortè tantum à paucissimis vise auditæq; fuerint, ac multorum præstantissimorum virorum iudicio, editione
publica ad spectuq; omnium dignæ censeantur, facinus germano amore indignum putavi, si lucubrations fra-
tris interire, opusq; à multis desideratum oblivione sempiterna aboleri paterer: atq; eo ipso adductus, non ita pri-
dem eas prelo commisi, utq; quamprimum fieri possit in publicum exirent, curavi: jam verò cum intelligam eas
typis absolutas, nihil, quam Patronum, qui se contra detractores sueretur, expectare, saxo quod Autor superstes
optaveris & me ipsius germanum & heredem decet. Volebat autem, vos, Viri Nobilissimi, Patronos & tutores
factus sui posthumi constitui, vobis, inquam, hæc MORALIA (à quibus sepe perhumaniter exceptus, ut id,
quod proposuit, manciparet effectui, commonefecbat) consecrari. Hanc ego supremam illius voluntatem exse-
quor, vestramq; Amplitudinè submisit oro, uti factum hunc IACOBI HANDELI posthumum clementer
suscipere, eaq; qua vivum cum suis Musis Autorem solebat, benevolentia prosequi, ad meum propositum, tan-
quam rerum fraternalium heredis, æquis facere velitis. Dabantur è Praga veteri 20. Martii, Anni salutis hu-
mana supra Mille simum D XCVI.

Ampli: Vestræ,

addit:

Georgius Handelius,
Carniolus.

Predgovor skladateljevega brata Jurija s posvetilom zbirke *Moralia* praškemu senatu / Preface of the composer's
brother George with the dedication of the collection *Moralia* to the Senate of Prague

INDEX MORALIVM

Octo Vocum.

- I. Diversos diversa iuvant.
- II. Tempore felici.
- III. Vtibus edocto, si quicquam.
Cede mihi bene qui latuit.
- IIII. Cede repugnant.
- V. Quid mihi livor.
Tityrus & segetes.
- VI. Nec veneris, Nec tu vini.
- VII. Sperne lucrum, vexat mentes.
- VIII. Quid petitur sacris nisi tantum.
- IX. Adeste Musa, maximi proles Iovis.
- X. Quod latet ignotum est.

Sex Vocum.

- XI. Nescio quid sit amor.
- XII. Qui sermones placet.
- XIII. Qui bene succedit.
- XIIII. Noli laudari.
- XV. Si vitare velis.
- XVI. Cui sunt multa bona.
- XVII. Carmina laudantur.
- XVIII. Omnia vincit amor.
- XIX. Odi & amo.
- XX. Gaudia principum.
- XXI. Turpe sequi casum.

- XXII. Qui capit uxorem.
- XXIII. Oderunt hilarem tristes.
- XXIII. Principibus placuisse viris.
- XXV. Qui cito dat, bis dat.
- XXVI. Qui cantum corvi.
- XXVII. Per multos liceat cuculus.
- XXVIII. Musica noster athor.
- XXIX. Musica Musarum germana.

Quinque Vocum.

- XXX. Multum deliro.
- XXXI. Invenit portum, spes & fortuna.
- XXXII. Diligitur nemo.
- XXXIII. Turpe referre pedem.
- XXXIII. Omnis homo nihil est.
- XXXV. Qui leviter credit.
- XXXVI. Tempore felici.
- XXXVII. Conscia mens recti.
- XXXVIII. Pauperem modico contentus.
- XXXIX. Nobile vincendi genus est.
- XL. Heu quam difficile est crimen.
- XLI. Semper pauper eris.
- XLII. Quam bene apud memores.
- XLIII. Dulces exuviae.
- XLIII. Cum moritur dives.
- XLV. Tu ne cede malo.
- XLVI. Vfus amicorum.
- XLVII. Plus laudari.

A 3

Pregled kompozicij v izvorni izdaji / List of compositions in the original edition

Bass. II. A 8. IX. Iacobus Handl.

Adeste Musae: Hortus salubres corpori praebet cibos, variosq; cultus sepe cul- tori refert.

Non defit hortis & voluptas maxima, Multisq; mista commodis jucunditas jucunditas

jucunditas ij jucunditas ij Flores nitescunt disco- lore gramine, Pinguntq; ter-

ras genibus honoribus, Faecunda vitis coniuges ulmos gravat, textas vè inumbrat pampinis arundinea.

Aves canoros garrulæ fundit sonos, Et semper auras cantibus mulcent suis. Oblectat hortus, ij

Moralia, IX, Adeste Musae, maximi proles Iovis, Bassus II

Cantus I. A 6. XXVII. Jacobus Handl.

Ermultos liceat cuculus cantaverit annos, ij

Pfallere nescit adhuc alium cantum nisi guggug, guggug, guggug, ij

guggug, guggug, guggug, guggu, guggug, Pfallere nescit adhuc alium cantū ni-

si guggug, guggug, guggug, guggug, ij ij ij ij ij ij ij ij guggug, gug-

gug, guggug, guggug, guggug

Moralia, XXVII, Permultos liceat cuculus, Cantus I

Altus A 6. XXVIII. Jacobus Handl.

Vfica noster amor, ij

lit fida pedissequa vatum, ij

molliter ad cunas fingere, fingere nata melos, molliter a d cunas fingere,

ij nata melos, Exulet hostiles acuens tarantara motus, tarantara mot9, motus,

Exulet hostiles acuens, tarantara, ij motus, tarantara, tarantara,

tarantara tarantara, tarantara, tarantara, mo- tus, vi- vat & A-

Moralia, XXVIII, Musica noster amor, Altus